

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Historia Zaringo Badensis

Schöpflin, Johann Daniel

Carolsruhae, 1765

LIV.

[urn:nbn:de:bsz:31-295118](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-295118)

LIV.

BERTOLDI IV. DUCIS ZARINGIÆ LITERÆ PRO-
TECTIONIS, ABBATIÆ ALT CREST ORDINIS CISTER-
CIENSIS IN EPISCOPATU LAUSANENSI,
DATÆ.

CIRCA ANNUM MCLX.

Ex Ruchat Historia Vandi Mspt.

Berchtoldus Dei Gratia Dux & Rector Burgundiæ univērsis in sua potestate constitutis salutem. Princeps gladium justē tum demum portat, si ad defensionem Ecclesiarum, prefertim earum, que sub religione artiori vita Deo serviunt, manum protectionis extendere non omittat. Inde est quod Abbatiam de *Alt Cresth* (a) de ordine Cisterciensi in Episcopatu Lausanensi in tutelam nostram cum univērsis rebus suis accepimus, mandantes omnibus in potestate nostra constitutis, ut

(a) Alta Crista, Hautcrest, Ocrest. Monasterium bihorio distans Vibisco (Vevai) ad Lacum Lemannum, quod A. 1536. in Bernensium ditionem pervenit, seculoque additum. RUCHAT *Abregé de l'Hist. Eccl. du Pays de Vand.* pag. 36.

tam prefati loci fratribus quam rebus eorum firmam pacem teneant. Si quis vero forté Cisma eis obitiat, noverit, quod querelam istam ex parte Domini Imperatoris eis remisimus, & securos & immunes ab hac inquietudine toto tempore Cismatis eas constituimus. Quod si quisquam contra hoc nostre tuitionis munimen de rebus eorum quicquid auferre presumpserit, nisi clericus restituat, inimicitiam nostram incurrisse se noverit.

Nota. LEU in *Lexico Helvet.* Part. IX. pag. 513. literas has protectorias Bertoldi ad A. 1157. posuit.



L V.

O R I G I N E S A B B A T I Æ T E N N E B A C E N S I S .

A N N O M C L X I .

Ex autographo abbatiæ Tennebacensis.

Anno ab incarnatione Domini M. C. L. X. primo venit Abbas Hesso de Frienisberch cum duodecim Monachis ad locum, qui dicitur Tennibach, cujus fundum emerunt cum quibusdam prediis adjacentibus, id est, Labirn & Brettenhart & Mutirfegin, & duo feoda Musbach cum omnibus appendiciis suis, & ut libere ligna succidant ad